

## 0097-0105- SS Evaristus - Decretalia de Ordine Diaconorum

O93, f. 7vb; N442, f. 24vb; V630, f. 25rb; I83, f. 49ra; VD38. f. 44va; SG670, p. 71b; Bcan4, f. 48r

INCIPIUNT<sup>1</sup> STATUTA<sup>2</sup> DECRETALIA EPISTOLARUM EVARISTI<sup>3</sup> PAPAE DE ORDINE DIACONORUM ET LEGITIMO AC<sup>4</sup> REGULARI CONIUGIO ATQUE DE FIDE<sup>5</sup>.

Dilectissimis<sup>6</sup> fratribus universis Africae regionis episcopis Evaristus<sup>7</sup>.

Consulentibus<sup>8</sup> vobis, fratres <I83, f.49rb> carissimi, quid super his, quae in vestris continebantur scriptis, visum<sup>9</sup> esset, vel quid docilis<sup>10</sup> ratio persuaderet<sup>11</sup>, aut quid a beatis apostolis nobis traditum aut custoditum remaneret<sup>12</sup>, optantes<sup>13</sup>, ut retulistis, nostris <VD38, f. 44vb> instrui documentis, si quidem dilectio vestra normam<sup>14</sup> secuta<sup>15</sup> prudentium ad sedem apostolicam referre maluit<sup>16</sup> <sup>17</sup> quasi ad caput, quid deberet<sup>18</sup> de rebus dubiis custodire potius quam usurpatione praesumere.

Diaconi<sup>19</sup>, <SG670, p. 72a> qui quasi oculi videntur esse episcopi, in unaquaque civitate iuxta apostolorum constituta septem<sup>20</sup> debent esse, qui custodiant<sup>21</sup> episcopum praedicantem, ne ipse<sup>22</sup> <sup>23</sup> aut ab insidiatoribus quoquo<sup>24</sup> modo infestetur<sup>25</sup> <sup>26</sup>, aut<sup>27</sup> laedatur<sup>28</sup> a suis aut verba divina detrahendo aut insidiando<sup>29</sup> polluantur<sup>30</sup> <sup>31</sup> vel despiciantur<sup>32</sup>, sed veritas spiritali redoleat<sup>33</sup> fervore, pax praedicata labiis cum voluntate animi concordet.

Similiter<sup>34</sup> custoditum et traditum habemus, ut<sup>35</sup> uxor legitime viro iungatur<sup>36</sup>. Aliter enim legitimum, ut <VD38. f. 45ra> a patribus accepimus et a<sup>37</sup> sanctis apostolis eorumque successoribus traditum invenimus, non fit coniugium<sup>38</sup>, nisi ab his, qui super ipsam feminam domi<I83, f. 49va> nationem habere videntur, et a quibus custoditur, uxor petatur<sup>39</sup> et a parentibus propinquioribus sponsetur et legibus dotetur<sup>40</sup>, et<sup>41</sup> suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranympis, ut consuetudo docet, custodita et soci<SG670, p. 72b>ata a proximis tempore congruo petita<sup>42</sup> legibus detur et solemniter<sup>43</sup> accipiatur, et biduo vel triduo orationibus vacent et castitatem custodiant, ut bonae soboles<sup>44</sup> <sup>45</sup> generentur et domino suis in actibus placeant. Taliter enim et<sup>46</sup> domino placebunt et filios non spurios<sup>47</sup>, sed legitimos atque hereditabiles generabunt. <VD38, f. 45rb> Quapropter, filii carissimi et merito illustres<sup>48</sup>, <V630, f. 25va> fide catholica suffragante<sup>49</sup> ita peracta<sup>50</sup> legitime<sup>51</sup> scitote esse coniugia. Aliter vero praesumpta<sup>52</sup> non<sup>53</sup> coniugia, sed<sup>54</sup> aut<sup>55</sup> adulteria<sup>56</sup> aut <Bcan4, f. 48v> contubernia aut stupra vel fornicationes potius<sup>57</sup> quam legitima coniugia esse non dubitate<sup>58</sup>, nisi<sup>59</sup> voluntas<sup>60</sup> propria<sup>61</sup> suffragaverit, et vota succurrerint<sup>62</sup> legitima. Nam fructus divinus est praecepta divina custodire. Ea<sup>63</sup> <I83, f. 49vb> quoque deserere<sup>64</sup> praesumptionem<sup>65</sup> fieri nulli dubium est. Cur ergo indignum est unitatem<sup>66</sup> ecclesiae custodiri<sup>67</sup>? Idemque<sup>68</sup> omnes pariter et sentiamus et pronuntiemus. Si aliter enim praesumpta <SG670, p. 73a> fuerint<sup>69</sup>, perdunt pro<VD38, f. 45va>fecto ipsi transgressores seipos, qui semetipos decipiunt. Haec cuncta recitanda per omnes Africanas ecclesias scripta dirigite et istis connectite<sup>70</sup>, quas adiunximus litteras praefectorum<sup>71</sup>, ut<sup>72</sup> de his, quae<sup>73</sup> inique laudantur, si quid tale probari<sup>74</sup> poterit, iudicium fiat, et inhibita<sup>75</sup> coerceantur<sup>76</sup> et praeterita<sup>77</sup> mala et illicita coniugia, si<sup>78</sup> doceantur admissa<sup>79</sup>, digna<sup>80</sup> severitate corripiantur. <O93, f. 8ra> De cetero vero caveantur talia per omnes ecclesias, ne ecclesiae sanctitas per nostram<sup>81</sup> fatigata<sup>82</sup> neglegentiam<sup>83</sup> perdat privilegia<sup>84</sup>, quae est per viros venerabiles consecuta.

De<sup>85</sup> his vero, quibus ab insidiatoribus fatigamini, unde et nos consulere<sup>86</sup> inter cetera voluistis eo, quod sint quidam, qui arbitrantur de patre solo dictum esse, quia ipse solus habet immortalitatem et lucem<sup>87</sup> <I83, f. 50ra> habitat inaccessibilem, <VD38, f. 45vb> ita eos apostolicis repercutite<sup>88</sup> ferulis<sup>89</sup> et divinis redarguite praecceptis. Non<sup>90</sup> enim solus pater sine<sup>91</sup> filio luce<sup>92</sup> inaccessi<SG670, p. 73b>bili habitat, quia, ubi pater est, ibi etiam filium esse indubitabili<sup>93</sup> fide credendum est. Nam<sup>94</sup> si solus pater sine filio, quod dicere nefas est, lucem<sup>95</sup> habitat inaccessibilem, necesse est, ut sequestratam<sup>96</sup> <N442, f. 25rb> pater a filio habeat mansionem. Quod si ita est, quonam<sup>97</sup> modo idem<sup>98</sup> filius ad dexteram patris adstans<sup>99</sup> a beato<sup>100</sup> martyre Stephano dicitur conspici, si<sup>101</sup> pater secundum<sup>102</sup> eos<sup>103</sup> solus<sup>104</sup> dicitur sedibus contineri? Absit hoc a sensu fidelium Christo in unitate fidei adhaerentium<sup>105</sup>, quoniam, sicut non obest<sup>106</sup> filio, cum solus pater dicitur lucem inaccessibilem habitare, ita non obsit<sup>107</sup> patri, cum sapientia<sup>108</sup>, quae<sup>109</sup> est filius, gyrum<sup>110</sup> caeli sola dicitur circumire. Pater itaque, cum sit invisibilis et ingenitus, in filio visum<sup>111</sup> apostoli testimonio comprobatur, et<sup>112</sup> filio a se in<VD38, f. 46ra>enarrabiliter genito mansisse ac requievisse monstratur, ipso filio in <I83, f. 50rb> propheta loquente: Qui genuit me, requievit in tabernaculo <V630, f. 25vb> meo. Et in evangelio: Pater in me manens facit opera haec. Et: Deum nemo vidit <SG670, p. 74a> umquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris. Si in sinu patris erat filius ab initio<sup>113</sup> et ex corde patris verbum bonum eructuatus<sup>114</sup> est, quomodo non<sup>115</sup> <sup>116</sup> in<sup>117</sup> corde paterno consistens lucem cum eodem inaccessibilem<sup>118</sup> habitasse credendus<sup>119</sup> est? Numquid pater absque ulla<sup>120</sup> <sup>121</sup> luce in filio potuit commanere aut in tabernaculo filii sine eadem<sup>122</sup> potuit requiescere, cum idem filius candor sit aeternae lucis et<sup>123</sup> speculum<sup>124</sup> sine macula deitatis, quam Salomon<sup>125</sup> super<sup>126</sup> salutem suam dilexisse<sup>127</sup> in<sup>128</sup> se dicit, in cuius speciem<sup>129</sup> semper delectare<sup>130</sup> gestivit<sup>131</sup>: Super salutem et speciem, inquit, dilexi<sup>132</sup> illam, et pro luce proposui habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius. Hanc igitur lucem David propheta desiderans<sup>133</sup> anxius<sup>134</sup> proclamat<sup>135</sup> dicens: Emitte lucem tuam et veritatem tuam. Et iterum: In lumine tuo videbimus lumen. In<sup>136</sup> huius igitur <Bcan4, f. 49r> luminis claritatem<sup>137</sup> filius seipsum in monte <I83, f. 50va; VD38, f. 46rb>

tribus discipulis praecostendit, qui <SG670, p. 74b> metu<sup>138</sup> mortis perterriti<sup>139</sup> prostratique<sup>140</sup> in faciem, finem<sup>141</sup> sibi<sup>142</sup> vitae adesse senserunt. Hanc, inquam<sup>143</sup>, lucem in se fuisse demonstrans<sup>144</sup> filius proclamabat, et ut in eadem incederent, discipulos praemonebat: Dum lucem habetis, inquit, ambulate in lucem<sup>145</sup>. Et iterum: Ego sum lux huius mundi. Qui sequitur me, non ambulabit<sup>146</sup> in tenebris, sed habebit lumen vitae aeternae. Et evangelista: Erat lux vera, ait<sup>147</sup>, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si haec<sup>148</sup> lux, quae credentibus promittitur, in filio esse probatur et<sup>149</sup> cum aeterno aeterna esse dicitur, quomodo a vobis<sup>150</sup> inaccessiblei luce patris filius<sup>151</sup> separatur? Si enim filius deus<sup>152</sup> verus et vita aeterna est, sine dubio in hac luce simul cum patre habitare credendus<sup>153</sup> est, quam nullus modo nostro<sup>154</sup> hoc mortali corpore constitutus potest ali<N442, f. 25va> quatenus contueri<sup>155</sup> <sup>156</sup>. Sed dum<sup>157</sup> apparuerit, tunc vere<sup>158</sup> illum videbit sicuti est, qui eius conspectibus dignus fuerit coaptari<sup>159</sup>, et non sicut <SG670, p. 75a> Moyses ceterique prophetae per<sup>160</sup> enigma<I83, f. 50vb>ta et figuram<sup>161</sup>, sed ipsam veraciter in filio secundum apostolum, contuebitur<sup>162</sup> deitatis imaginem. Nam si hunc<sup>163</sup> eundemque <VD38, f. 46va> prophetae testimonio<sup>164</sup> subsequentem<sup>165</sup> sereno mentis intuitu investigare volueris, invenies filium non posse<sup>166</sup> ab hac luce patris penitus<sup>167</sup> separari<sup>168</sup>, quoniam cum solum filium dixerit in terra cum hominibus conversatum, patrem ab illo non<sup>169</sup> fieri alienum. Si testimonium enim hominum accipimus<sup>170</sup>, testimonium dei maius est, quoniam<sup>171</sup> hoc est testimonium dei, quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet<sup>172</sup> testimonium <V630, f. 26ra> dei in se, qui non credit<sup>173</sup> filio, mendacem facit eum, quoniam<sup>174</sup> non credit in testimonio, quod testificatus est deus<sup>175</sup> de filio suo<sup>176</sup>. Et hoc est<sup>177</sup> testimonium, quoniam<sup>178</sup> vitam aeternam dedit nobis deus, et haec vita in filio eius<sup>179</sup>. Qui habet filium, habet vitam<sup>180</sup>, qui non habet filium dei, non habet vitam. Haec scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habebitis<sup>181</sup> aeternam, qui creditis in nomine filii dei.

<O93, f. 8rb> Et haec est fiducia, quam habemus ad eum, quia, quodcumque petierimus secundum <I83, f. 51ra> <SG670, p. 75b> voluntatem eius, audit nos, et scimus, quia<sup>182</sup> audit<sup>183</sup> nos, quicquid petierimus, scimus, quoniam habemus petitiones, quas<sup>184</sup> postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita<sup>185</sup> peccanti non ad mortem. Est<sup>186</sup> <VD38, f. 46vb> peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, et est peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis, qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conservat eum et malignus non tangit eum. Scimus, quoniam<sup>187</sup> ex deo sumus, et mundus totus in maligno positus est. Et scimus, quoniam filius dei venit et dedit nobis sensum<sup>188</sup>, ut cognoscamus verum deum et simus<sup>189</sup> in vero filio eius. Hic est verus deus et vita aeterna.

Haec, fratres, praedicate, haec omnibus nuntiate, vos vero invicem exhortamini, perfecti estote semperque gaudete, pacem autem sectamini in<sup>190</sup> omnes, et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Deo autem et patri <SG670, p. 76a> nostro gloria in saecula saeculorum. Amen.

Data<sup>191</sup> VIII<sup>192</sup> Kl. Aprilis Valente<sup>193</sup> et Vetere vv. cc. cons.

O93, f. 8rb; N442, f. 25va; V630, f. 26ra; I83, f. 51ra; VD38, f. 46vb; SG670, p. 75; Bcan4, f. 49r

1 *Überschrift*] EPISTOLA EVARISTI DE RATIONE DIACONORUM ET COARGUTIONE HERETICORUM SG670

2 STATUTA DECRETALIA EPISTOLARUM] EPISTOLAE V630

3 eucharisti Bcan4

4 AC REGULARI fehlt V630

5 FIDE] FIDE ET DE NON INIURIANDIS EPISCOPIS AUT LACERANDIS V630

6 am Rande I Bcan4

7 eucharistus Bcan4

8 am Rande Investigantibus VD38

9 visum] visum nobis I83; SG670; Bcan4

10 am Rande quae docere potest VD38

11 persuadere korr. aus persuaderet Bcan4

12 remanere Bcan4

13 am Rande desiderantes VD38

14 am Rande exemplum regula VD38

15 sentiat Bcan4

16 am Rande magis voluit VD38

17 mallunt I83

18 debere Bcan4

19 am Rande De ordine VII diaconorum O93; vor Diaconi Rubrik DE ORDINE SEPTEM DIACONORUM V630

20 semper SG670

21 custodiant korr. aus custodiantant SG670

22 ipsi I83; Bcan4

23 ipse aut ab insidatoribus] aut ipsi ab insidiatoribus *korr. aus* ipsi aut insidiatoribus SG670  
24 *am Rande* aliquo modo VD38  
25 *am Rande* corrumpatur VD38  
26 infestentur I83; SG670; Bcan4  
27 aut laedatur a *fehlt* SG670  
28 laedantur I83; Bcan4  
29 insinuando VD38  
30 *am Rande* sordidetur VD38  
31 polluaturn VD38  
32 despiciatur VD38  
33 *am Rande* spiret odorem emittat VD38  
34 *am Rande* De legitimo coniugio O93; N442; I83; *vor Aliter Rubrik DE LEGITIMO CONIUGIO V630;* VD38; Bcan4; *am Rande* II Bcan4  
35 *ut fehlt* I83; Bcan4  
36 coniungatur Bcan4  
37 a *fehlt* SG670; Bcan4  
38 coniungium I83  
39 *am Rande* queratur VD38  
40 detur V630  
41 *am Rande* De sponsi et sponsę benedictione O93; *Rubrik DE SPONSIS ET SPONSĘ BENEDICTIONE V630*  
42 *am Rande* quęsita VD38  
43 *am Rande* honorifice VD38  
44 *am Rande* filii VD38  
45 suboles SG670  
46 et domino *fehlt* SG670  
47 *am Rande* adulterinos turpes VD38  
48 *am Rande* nobiles VD38  
49 *am Rande* adiuvante VD38  
50 *am Rande* perfecta VD38  
51 legitima N442; SG670; legitima aut contubernia VD38  
52 *am Rande* cum praesumptione facta VD38  
53 non *fehlt* SG670  
54 sed *fehlt* SG670  
55 ut VD38  
56 adulteria *korr. aus* adultera Bcan4  
57 potius quam] iudicate SG670  
58 dubitate *korr. aus* dubitante O93; dubitantur VD38  
59 si SG670  
60 voluntas propria] voluntates proprias V630  
61 propria V630  
62 succurrant VD38; succurrerunt Bcan4  
63 Eam O93  
64 disserere I83; discindere SG670; deserere *korr. aus* disserere Bcan4  
65 praesumptione VD38  
66 unitatem ecclesiae custodiri] unitę ecclesię custodiri statuta SG670  
67 custodire VD38  
68 Eademque SG670  
69 fuerit I83  
70 *am Rande* coniungite VD38  
71 profectorum I83; Bcan4; prophetarum SG670  
72 ut de] Unde N442; I83; SG670; Bcan4  
73 qui SG670  
74 probare I83; Bcan4  
75 *am Rande* prohibita VD38  
76 *am Rande* comprimantur VD38  
77 praeterita] perita I83; praeterita *korr. aus* perita Bcan4  
78 si doceantur] coerceantur et SG670  
79 *am Rande* commissa VD38  
80 *am Rande* digno iudicio VD38  
81 nostra I83

82 fatigatam *Bcan4*  
83 neglegentia *I83*  
84 *am Rande* privatas leges *VD38*  
85 *am Rande* III *Bcan4*  
86 *am Rande* interrogare *VD38*  
87 lucem habitat inaccessibilem] luce habitat inaccessibile *O93*  
88 percutite *V630*  
89 *am Rande* disciplinis *VD38*  
90 *Vor Non Rubrik* De eo quod de patre dicit apostolis ipse solus lucem habitat inaccessibilem *Bcan4*  
91 sine *korr. aus* sin *V630*; sine] in *O93*; *N442*; *I83*; sine *korr. aus* in *Bcan4*  
92 lucem inaccessibilem] luce inaccessibili *O93*; *N442*; *I83*; *SG670*  
93 indubitali *SG670*  
94 *am Rande* De eo quod de patre dicit apostolus ipse solus locum habitari inaccessibilem *I83*  
95 lucem habitat inaccessibilem] luce habitat inaccessibile *O93*  
96 *am Rande* divisam *VD38*  
97 quodam *am Rande* vel quonam *V630*; quodam *VD38*; quodnam *Bcan4*  
98 idem *korr. aus* id est *V630*  
99 stans *SG670*  
100 beoto *O93*  
101 si] Sed nec *fehlt* *SG670*  
102 secundum eos *fehlt* *SG670*  
103 eos *korr. aus* ut *V630*: ut *O93*; *N442*; *I83*; *Bcan4*; eos] quod ait *VD38*  
104 solus] solus suis *korr. aus* solus *SG670*  
105 *am Rande* coniungentium *VD38*  
106 *am Rande* nocet *VD38*  
107 obest *I83*; *SG670*; *Bcan4*  
108 sapientiam *V630*  
109 qui *V630*; *VD38*  
110 *am Rande* circulum *VD38*  
111 visus *korr. aus* visu *V630*; visus *VD38*; *SG670*  
112 et] et in *SG670*  
113 initio et *korr. aus* initio *O93*  
114 eructuatum *I83*; *SG670*; *Bcan4*  
115 non *fehlt* *VD38*  
116 non in corde paterno consistens lucem cum eodem] in corde paterno consistens non cum eodem lucem *SG670*  
117 in *fehlt* *V630*  
118 inaccessibile *I83*  
119 credendum *Bcan4*  
120 illa *SG670*  
121 ulla luce] ullam lucem *O93*; *N442*  
122 eodem *Bcan4*  
123 et] et in *Bcan4*  
124 *am Rande* lumen *VD38*  
125 salamon *SG670*  
126 super *korr. aus* per *V630*  
127 dilexisse in] dilexisse *korr. aus* dilexisse in *Bcan4*  
128 in *fehlt* *VD38*; *SG670*  
129 specie *VD38*; *SG670*  
130 delectari *SG670*  
131 *am Rande* concupivit *VD38*  
132 dilexit *Bcan4*  
133 disiderans *SG670*  
134 *am Rande* valde concupiscens *VD38*  
135 proclamabat *SG670*  
136 In huius] Cuius *SG670*  
137 claritate *SG670*  
138 *am Rande* timore *VD38*  
139 perterriti prostratique in faciem *korr. aus* perterriti *SG670*  
140 *am Rande* proiecti *VD38*

[141](#) finem sibi vitae] sibi vitae finem *korr. aua sibi vitae V630*  
[142](#) sibi vitae] vitę sibi *SG670*  
[143](#) *am Rande dico VD38*  
[144](#) demonstrans *I83*  
[145](#) luce *VD38; SG670*  
[146](#) ambulat *I83; Bcan4*  
[147](#) ait *fehlt I83; SG670; Bcan4*  
[148](#) haec *korr. aus hac V630*  
[149](#) et cum aeterno aeterna esse dicitur, quomodo a vobis inaccessibili luce patris filius separatur? *fehlt VD38*  
[150](#) vobis] vobis ab *SG670*  
[151](#) filius *fehlt I83; SG670; Bcan4*  
[152](#) dei *SG670*  
[153](#) credendus *korr. aus credendum N442; credendum O93; I83; Bcan4*  
[154](#) nostri *O93; VD38; nostro korr. aus nostri N442; V630; nostrum I83; Bcan4; nostro] nostrum in SG670*  
[155](#) *am Rande videre VD38*  
[156](#) contineri *Bcan4*  
[157](#) cum *SG670*  
[158](#) vero, *interlinear e SG670*  
[159](#) *am Rande presentari VD38*  
[160](#) *am Rande per obscuras et confusas similitudines VD38*  
[161](#) figuras *SG670*  
[162](#) *am Rande videbit VD38*  
[163](#) hunc eundemque] hoc idemque *VD38*  
[164](#) testimonium *VD38*  
[165](#) subsequente *V630; VD38; subsequenter SG670*  
[166](#) posse] per se *korr. aus perose SG670*  
[167](#) *am Rande omnimodo VD38*  
[168](#) separare *I83*  
[169](#) non] non dixit *korr. aus non SG670*  
[170](#) accepimus *I83*  
[171](#) Quod *Bcan4*  
[172](#) habet testimonium dei in se, qui non credit filio, mendacem facit eum, quoniam non credit in testimonio *fehlt SG670*  
[173](#) credit] credit in *V63; credit korr. aus credit in N442*  
[174](#) quia *korr. aus qui V630; qui I83; Bcan4; quia VD38*  
[175](#) deus *fehlt SG670*  
[176](#) suo *fehlt N442; I83; VD38; SG670; Bcan4*  
[177](#) est testimonium] testimonium est *I83; VD38; Bcan4*  
[178](#) quoniam *fehlt I83; Bcan4; et SG670*  
[179](#) eius] eius est *SG670*  
[180](#) vitam, qui non habet filium dei, non habet vitam *korr. aus vitam O93*  
[181](#) habebitis aeternam] aeternam habebitis *I83; VD38; SG670; Bcan4*  
[182](#) quia *korr. aus qui O93*  
[183](#) audi *VD38*  
[184](#) quas *korr. aus qua O93*  
[185](#) vitam *Bcan4*  
[186](#) Et *I83*  
[187](#) quia *I83; VD38; SG670; Bcan4*  
[188](#) sensu *O93*  
[189](#) scimus *VD38*  
[190](#) in *fehlt SG670*  
[191](#) Amen Data VIII Kl. Aprilis Valente et Vetere vv. cc. cons. *fehlt V630; N442*  
[192](#) VIII *Bcan4*  
[193](#) valete *VD38*